# INCIPIT ARGUMENTUM · SECUNDUM MARCUM ·

Marcus evangelista di · & petri in baptismate filius · atq · in divino
sermone discipulus · sacerdotium in isrl agens · sec carnem levita
& conversus ad fidem xpi · evangelium in italia scripsit · ostendens in
eo quid & generi suo deberet & xpo · nam initium principii · in voce pro
pheticae exclamationis instruens ordinem leviticae electionis · os
tendit · ut praedicans praedistinatum iohannem filium zachariae ·
in voce angeli adnuntiantis emissum · non solum verbum caro factum ·
sed corpus dni in omnia per verbum divinae vocis animatum · initio
evangelicae pdicationis ostenderet · ut qui haec legens sciret cui ini
tium carnis in dno & ihu advenientis habitaculum caro deberet agnos
cere · atq · in se verbum vocis quod in consonantib · perdiderat inve
niret · Denique & perfecti evangelii opus intrasset · a baptismo dni
pdicare dm inchoans non laboravit nativitatem carnis quam in priorib ·
viderat dicere · sed totus in exprimens expositionem deserti ieiunium
numeri temptationem diaboli · congregationem bestiarum · & ministe
rium protulit angelorum · ut instruens nos ad intellegendum
singula in brevi conpingens · nec auctoritatem factae rei demeret ·
& perficiendi operis plenitudinem non negaret · Denique amputas
se sibi post fidem pollicem dicitur · ut sacerdotio reprob · haberetur ·
sed tantum consentiens fidei praedistinata potuit electio · ut nec
sic in opere verbi perderet · quod prius meruerat in genere ·
nam alexandriae epis fuit · cuius per singula opus scire & evan
gelii in se dicta disponere · & disciplinam in se legis agnoscere ·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Stadt Nürnberg - Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/stbn_centVapp43b/0144